

Michael Falck David Cahlen

Dissertatio Academica Prior De Spiritu Universi

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730223760>

Druck Freier  Zugang



Rle phil 1647
Michael Falck
David Galen



84.

si inq. disputationis sem-
deat. necessa est, alias est
disputationis hinc hoc no-
m. q. q. v. h. d. d. d. d. d.
de uno h. u. g. g. g. g. g.
hinc non tunc de uno f. d. d. d. d. d.
a h. g. v. m. d. a. l. i. c. e. t. s. p. i. r. i. t. u. s. n. i.
h. i. n. c. n. o. n. r. e. s. p. o. n. d. e. t. c. o. n. s. e. n. t. i. a. s. i. t. h. i. n. c.
t. e. n. i. s. q. a. v. e. l. i. t. e. d. i. s. p. u. t. a. t. i. o. n. i. s. h. i. n. c. e. s. t.
v. e. r. g. o. i. n. i. p. s. a. a. d. d. i. s. p. u. t. a. t. i. o. n. e. n. o. n. e. s. t.

DISSERTATIO ACADEMICA
PRIOR
DE
SPIRITU
UNIVERSI

sententia
verse, v. e.
s. p. i. r. i. t. u. s.
h. i. n. c. v. e. l.
n. i. i. n. v. e. l.
h. e. m. i. n. s. t. a. b. i. l. e.

Quam
SUPREMO NUMINE MODERANTE
Consensu Amplissimæ Facultatis Phi-
losophicæ in Illustri Academiâ
Rostochiensis,

PRÆSES
M. MICHAEL Falck/ Dantiscanus,

Et Respondens
DAVID CALEN, Rigâ Livonus.

Ad publicam sententiarum collationem

In Auditorio Majori

Die 11. Septembris, horis matutinis,
instituendam, proponunt.

✽(○)✽

ROSTOCHII.

Typis NICOLAI KILII, Acad, Typogræ

Anno M. DC. XLVII,

DISSERTATIO ACADEMICA

PRIOR

SPRIT
UNIVERSI

SUPREMO IN HUIS MODERANTE

CONJUGII APOSTOLICI FELICITATIS PH.

IN OBITU IN HUIS ACADEMIA

MICHAELI JOHANNI DANIELI

DAVID GABRIELI REGI

IN AUSTRIA

DR. THEOLOGICI, DOMINICANI

IN HUIS ACADEMIA

(1770)

ROSTOCK

THOMAS NICOLAUS KILIANUS, Typogr.

ANNO MDCCLXX



Cum Deo Universi Domino

*Prædic
verū etiam prædic
herem. non sine u
don. Abz. nat. 599
adherunt non solum prædicantibus
I. E. ego. min. in t. scilicet. maj. q. a. mult. u. u. l. p. h. d.
Prædicantem quæ
etiam in
etiam in
etiam in*



omnem quandam mundi dari ani-

mam, quæ per omnia diffusa, eadem fovet, moveat, animet, gubernet, à Philosophis, etiam præstantissimis, ab omni ævo adfertur est. Hermeti Trismegisto, Zoroastro & Orpheo hanc nonnulli tribuunt sententiam. Hic enim in lib. cui titulus: *ἄνθρωπος ἐστὶν θεὸς ἐξ ἡμῶν*: πάντα ἀλήθη ψυχῆς ait, & in lib. de intellectu & sensu, *αἰθρῶν ἰδίων καὶ νόσων* mundo adscribit: Thaleti quoq; videtur eam assignare Arist. lib. 1. de Animac s. (8) Quidam, inquit, in Universo animam permixtam esse ajunt, undè fortassis etiam Thales omnia Deorum plena esse putavit. Pythagoras etiam, Socrates & Plato, Eorumq; sectatores hæc opinione imbuti fuerunt, undè communiter Platonica audit sententia, quæ mundum animatum statuit. Plato enim lib. de anima mundi, Deum scribit in medio ipsius mundi animam indidisse, ipsumq; universum ipsâ contexisse. In Timæo quoq; ait: Deum animam in mundi medio collocasse, perq; totum extendisse, intrinsecus quoq; corpus ipsum eâ circumtexisse, illamq; corpori mundano ut Dominam ac Imperatricem præfecisse: Hinc ibidem dicit: mundum animal esse, vivens, intelligens, reverà divinâ providentiâ constitutum, quæ eidem animam mente instructam concesserit. Et lib. 10 de leg. *ψυχῆν* inquit esse *διοικῆσαι καὶ εἰνοικῆσαι* in omnibus, quæ moventur.

2. Sunt quidem, qui Platonis Sententiam aliter explicant, eumq; per mundi animam vel ipsum Deum, vel divinam providentiam, vel causarum *συμμετέχων*, vel aliud quid intellexisse autumant, atq; hinc esse dicunt, quod Plato mundum Deum quandoq; appeller. Et sanè, sicuti in plerisq; aliis, obscurus & varius hîc est Plato, nec sibi per omnia constans: Attamen diversum quid à Deo per animam mundi ab Eo indigitari, tum ex ipso Platone manifestum, tum etiam ab optimis ejus Interpretibus, Plotino, Aleinoo, Marsilio Ficino, aliisq; Platonicis, ejusdem cum Platone sententiæ Patronis, est ostensum.

A 2

3, Sunt

3. Sunt qui Aristoteli hanc quoq; opinionem affricare conantur, cum in *lib. de Mundo c. 4.* Spiritus meminerit, qui sit *Ἀεὶ πάντων διήκων, ἐμφυκός τε καὶ γονιμὸς ἔσται*: Et *lib. 3. de generat. animal. c. 11.* scribat: in terra esse humorem, in humore Spiritum, in universo autem *θεμότητι ψυχικὴν*, ita ut quodammodo animæ plena sint omnia. Sed liber de mundo, utpote qui Autorem vix habet Aristotelem, hic parùm curatur. Nec tamen ibidem ejusmodi Spiritus adstruitur, sed tantùm vocem *πνεύματ* aliquando hoc sensu accipi, innuitur. Libro autem de Gener: animal 3. nihil aliud dicitur, quàm plantas & animalia in terra & aquâ etiam provenire posse, cum ubivis calor animalis, h. e. animatum quid in materia idoneâ mediante Spiritu seu habitu calido producere aptus, reperiatur, ita ut *ἕξόν πνῆ* (quodammodo, non absolute) omnia animæ plena sint, quia sc. ubivis ferè animatum produci queat. Aliàs Arist. hanc sententiam de animâ, omnibus permittâ, expressè refutat, *lib. 1. de anima c. 5. (8)* cum etiam per se ejus hypothesis maximè sit contraria. Quòd vero Cicero *lib. 1. de nat. Deorum* Aristoteli, à Platone haustum, affingit, quasi mundum Deum dicat, id eo sensu apud Arist. nuspiam reperiatur. Plato quidem mundum Deum beatum appellat, sed non nisi à summo Deo efformatum.

4. Stoicorum etiam quidam rebus omnibus animam quandam, seu spiritum vitalem ac animatum tribuere videntur, ut ex Cic. discursu de naturâ *lib. 2. de nat. Deorum* & Seneca *l. 6. quest. natural.* aliisq; colligere licet, quorum sententiam complexus Virgilius 6. Æneid. Principio cælum ac terras &c. quod tamen de Deo explicare videtur 4. Georg. Deum namq; ire per omnes, terrasq; tractusq; maris, cælumq; profundum. Imò omni tempore hæc sententia suos fautores, cum inter Græcos (ut ex Philopono, Themistio aliisq; apparet), tum inter Arabes (quorum Avicennæ Colcodea, seu intelligentia Deo subordinata, formarum omnium proma conda, ut Scaliger eam exerc. 97. vocat, referenda videtur, quamvis hæc forte aliud quid sapiat.) Nec defuerunt inter Christianos & primos Ecclesiæ Doctores hæc Sententiâ infecti, ut de Origine refertur. Nec non Augustinus de eadem dubitasse commemoratur, cuius dubitatio ab Abelardo defensa, ut ait Bernhardus epist. 190. Latinerum quoq; nonnulli, de naturâ in universum tractantes, non aliter, ac de animatâ quadam & sentiente substantiâ differunt.

s. Undè

nis. C. 2. i.
dana nim
ritu q. fu-
intelleg-
reantim.

Si
ly
me
mo

5. Uadè hoc quoq; *ævo* reperias, qui animæ mundi, seu ut aliis lo-
qui libuit, Spiritus Univerſi patrocinium ſuſcipiant, quamvis diverſi di-
verſis inter ſe ſententiis diſſideant. Ut enim de Chymicis & Paraceliſtis
nihil dicam, qui in dogmatibus ſuis, (obſcuris & noviter efficitis loquen-
di modis, iisq; non raro invicem pugnantibus, proponi ſolitis,) non ob-
ſcura hujus ſententiæ oſtentant veſtigia. (quâ de re vid. Sennertus de
Conſenſu & diſſenſu c. 7.) plurimi ſanè hodiè eam omnibus viribus pro-
pugnatum eunt. Hinc in Cardano illam improbat Scaliger *Exerc. 6.*
ſect. 1. & 2. Suam quoq; eam faciunt Campanella *l. 2. de ſenſurerum &*
magiâ c. 32. Stephanus Theopolus Patricius Venetus *contempl. Acad. l. 5.*
c. 2. 3. Franciſc. Patricius *l. 4 Panpsychiæ* aliq;

6. Nollius vero *l. 1. phyſ. Hermet. c. 3.* Spiritum Univerſi, quem
ignem vivificum appellat, & aquam primævam omnium rerum facit
principia, ex quibus initio rerum in Chao contentis, & Cælum Angeli-
cum, & Angeli, & Cælum Sidereum, & Elementa cum omnibus Ele-
mentatis ſint producta. Spiritum illum dicit eſſe ignem naturæ, Virtutis,
Sapientiæ, Solem & animam Hermetis, imò ipſam naturam ab Ariſt. de-
ſinitam. Eſſe eum corporibus hujus mundi inſitum, ubiq; eundem &
in ſe non variantem, licet operationes & vires ejus pro tincturarum ei
inditarum, & ſubjectorum in quæ agit, diverſitate, ſint diverſæ. Idem in
Philof. Hermet. 17 actus 3. Hermetis & antiquorum Sophorum veram
Philoſophiam in Spiritus Univerſi cognitione occupatam aſſerit, huncq;
ipſum Philoſophorum lapidem eſſe affirmat, aliaq; mira ſatis de hoc
Spiritu deprædicat.

7. Sed nos hæc vice, miſſis Veterum & aliorum de animâ mundi
ſententiis, (quis enim omnes aut conciliet aut accuratius ventilat?) eam
ſaltèm, quam hæc de re Vir quidam Clariffimus in Phyſicâ, ut vocat, ad *Edit. Am. J. A.*
lumen divinum reformatâ, fovet opinionem, ad modèſti examinis tru- *ſtel. Anno*
tinam exigemus. Dictus Autor ex Geneſi Moſaicâ tria conſtituit viſibi *1643.*
lium, ut loquitur, creaturarum principia, in primâ mundi creatione, *p. 15. 17. 19.*
primâ ſtatim die, veluti tres ingentes ſed rudes maſſas, indigeſtâ ſuâ mo-
le, producta, ex quibus poſteâ variè diductis, omnes creaturarum ſpe-
cies prodierint, omniaq; ſint compoſita & conſtituta.

8. I. Materiam, quæ ſit informe quoddam & tenebricoſum diſper- *p. 7. 21. 22. 2. 5.*
ſerum atomorum Chaos, nullâ ſui parte cohærens, quod velut a terri- *bit formam;*
bus quidam fumus ſeu vapor, in creatione ex nihilitatibus abyſſa, omni- *fundum diſper-*
poten- *ſui parte abſo-*
nihil. Atq; ma-

Si hoc nihil eſt aliud quàm pulvis & ſc. p. 17. 21. 22. 2. 5.
est. corp. ex multâ atomis conſtat. Et
maie prima ſit nihil aliud quàm Eſſentia
mori. ſty. Job. 4. v. 19. et Gen. 3. v. 19. Ergo

A 3
nondum habet formam p. 7. v. 2. ga ad hoc fi
Si elementa poſſint redigi in atomos et.
nihil aliud ſit quàm Chaos atomorum quæ
maie ſunt elementa. pulvis n. nihil eſt aliud.

p. 20.

p. 23. 24.

*et in inf. fi-
ta prima
q. 8. q.
na prodire
h. h. h. h. h.
p. 2. p. 2.*

potentia nutu emerferit. Hanc definit: Substantiam corpulentam, per sebrutam & tenebricosam, corpora constituentem: Ejusq; tantam massam à Deo productam: dicit, quanta ad explendam creatam abyssum, h. e. vastum illud Spatium, in quo coelum & terra locanda fuerunt, suffecerit: **Esse autem per se invisibilem, ideoq; tenebricosam; informe quoq;** ita tamen, ut extendi, contrahi, dividi, uniri, & omnem formam atq; figuram, sicut cera omne sigillum, suscipere apta sit, nec tamen quicquam ejus perire unquam possit, sed duratione aeterna sit per omnes formas, & ab hac totum mundum visibilem, materialem & corporeum esse accidi. Atq; huc refert, quod dicitur Gen. 1. v. 2. Et terra erat res inanis & vacua, & tenebrae erant in superficie Abyssus: Ubi per terram dicit indigari mundum hunc visibilem, seu potius ejus materiam, informe illud & tenebricosum chaos, antea descriptum.

p. 7.

p. 178.

p. 8. 15.

p. 25.

p. 20.

p. 25. seqq.

p. 122. 123.

158. seqq.

conf p. 54.

9. II. Spiritum Universi, quem unà cum **Caelo Caelorum**, ante omnes res creatum dicit. Ejus autem partem in Caelo invisibili relictam, & in substantias merè Spirituales, Angelos, diductam esse, hos enim ex illo Spiritu formatos asserit: Partem vero, in mundum inferiorem materiaturum dimissam ubiq; se per omnes materiae partes insinuasse, eam fovisse, rexisse, ac produxisse creaturas omnes, suam cuiq; inducendo formam, ut a deo mundus universus hoc Spiritu plenus sit, qui vitam & vigorem omnibus creatis indat, sitq; ipsa vita, seu Spiritus vitae mundo infusus, ac per omnia diffusus. ad operandum omnia in omnibus, ita ut hujus vi omnes creaturae agant & patientur, quicquid agunt aut patiuntur, siq; suum esse, sustentari & vivere debeant. Hinc eum definit; substantiam subtilem, per se vivam, invisibilem & insensibilem, corpora inhabitantem ac vegetantem: Ejusq; esse dicit: 1. inhabitare materiam & non nisi in materia existere, maxime in liquidâ & subtili, cui tenacissime inhareat. 2. Movere se & agitare per omnem materiam, ad conservandam eam; atq; hinc vacuum non dari, omnia adunante, continua & contigua reddente, divulsaq; coire faciente hoc Spiritu: hoc ablato omnem rem putrescere, conservato autem eo, res quoq; conservari & meliores reddi. 3. Custodire ideas seu formas rerum particulares. Unum enim eundemq; Spiritum Universi in multas postea particularitates, jussu Dei diductum esse, ut alius jam sit Spiritus aquae, alius terrae, alius Metallum &c, & in quolibet genere rursus variae species. Hinc ab hoc esse, ut res eandem specie rem progenerent, & naturae quoq; limites custodiant.

diantur. 4. Corpora sibi pro usu futurarum operationum formare : Spiritum scil. canis, semini ejus inclusum, canis corpus formare, idque pro canum diversitate diversum &c. Hujus fundamentum constituit in v. 1. & 2. c. 1. Gen. quando dicitur : in principio creavit Deus coelum & terram, ubi nomine $\text{C}\text{O}\text{E}\text{L}\text{U}\text{M}$ mundum invisibilem h. e. Coelum p. 7. 178.
Coelorum seu Angelicum, unâ cum Angelis, & ipsum quoq; hunc Spiritum, ex quo Angeli conditi, significari dicit: item v. 2. Et Spiritus Dei incubabat superficiei aquarum: quo indicetur, Spiritum, seu habitum p. 7. 8.
Dei vim quandam esse introductam in tenebricosam illam & per se brutam materiam, ut agitari cæperit: atq; hunc Spiritum esse ipsum Spiritum Universi, multis probat. p. 15. seqq.

10. III. Lucem primaviam, quæ nihil aliud quàm Splendor seu flamma ingens, in tenebricosam materiam immissa, ad eam reddendam visibilem, & in formas divisibilem; esseq; hanc veluti ignem, quo faber iste Spiritus ad emolliendam & variis usibus præparandam Materiam opus habuerit. Desinit eam: Substantiam per se visibilem & mobilem, lucidam, materiam penetrantem; eamq; recipiendis spiritibus præparantem, atq; ita corpora efformantem. Vim attribuit illi triplicem: 1. Spargendi se quoquo versus, & illuminandi omnia. 2. Movendi secum correptam materiam, flagrando & flammando. 3. Calefaciendi, atq; per id rarefaciendi & attenuandi materiam: Atq; ab hac dispositionem & ornatum totius mundi esse asserit. Eam autem ex Gen. 1. v. 2. deducere nititur. Et dixit Deus: fiat lux, & facta est lux. p. 27. p. 8. p. 20. p. 28.

11. Præterea materiam à Deo Patre, Lucem à Filio DEI, Spiritum p. 18. Universi à Sp. Sancto productum ait (quorsum refert locum Psal. 33. v. 9. p. 20. & 6: materiam dicit esse principium merè passivum, lucem merè activum, spiritum anceps, respectu materiæ activum, respectu lucis passivum: à materia esse torporem, opacitatem & immobilitatem rerum, à spiritu vigorem & durabilitatem, à luce formam & mobilitatem: Materiam in mundo esse primum Ens, Spiritum primum vivens, lucem primum movens, omniaq; esse & fieri in mundo ex materia, in Spiritu, per lucem. p. 21. p. 21. 29.

12. Ex his tribus principiis omnia per totam physicam deducere nititur: Hinc ex congressu principiorum mundi primo produisse motum, è motu qualitatem, è qualitate variam rerum mutationem asserit: per varium scil. motum materiam variè cum spiritu & luce esse permixtam, p. 29.

p. 38. stam, perq; variam missionem varias prodiisse qualitates: qualitates substantificas, ut vocat, salem, sulphur & Mercurium, è prima principiorum, materiæ, Spiritus & lucis missione esse ortas, ex harum cum elementis diversa temperatura qualitates manifestas, occultas vero immediate à peculiari cujusq; creaturæ Spiritu, ex Spiritu mundi deciso, provenire. His quoq; principiis elementorum constitutionem adscribit, eamq; satis mirabilem proponit: His omnium rerum primum ortum & generationem, imprimis vero Spiritui attribuit: sidera è materiâ & luce constata esse, mineralia quoq; Spiritu constare, nec non plantas & animalia, hominem item ex materiæ, Spiritus, & lucis contemperatione ortum, præter tamen corpus & Spiritum è Spiritu mundi ductum, animam seu mentem habere immediate à Deo inspiratam docet, per illa reliquis animalibus, per hanc Deo & Angelis esse similem. Sed tamen Spiritum naturalem, vitalem, animale, & hominis quoq; mentalem, eundem Spiritum Mundi esse dicit, puritatis solùm & perfectionis gradu differentem. Inspirationem enim divinam in homine tantùm depurasse Spiritus ejus partem intimam, ut actionum subtilitate post omnes visibiles creaturas proprius Deo accederet, in simulq; fixisse eam, ut tam in corpore, quam extra corpus subsistere possit. Maxime vero spontaneas rerum sine semine nascentium generationes notabile Spiritus universi argumentum præbere contendit. Quæ omnia ex ipsâ Autoris lectione cuius clarè patere possunt.

p. 39.
p. 43. 54.

p. 9. 28. 62.
p. 10. 91.
p. 116. 10.
117.
p. 11. 125.
12. 164. 169
p. 170.

p. 17. 120.

13. Non autem nobis est propositum, omnia, quæ de triade principiorum suorum Autor proponit, quæq; ex illis deducit, excutere & examinare; prolixæ enim hoc esset operæ, quæ alii occasione reservanda: Sed sententiæ de Spiritu Universi tantùm inhærebimus, adhibebitis quandoq; iis ab Autore suppeditatis, sine quibus hæc nostra tractatio perfici nequit. In antecessum verò notamus, Autoris sententiã, quamvis Platonica, aliisq; de animâ mundi, ante recensitis, imprimis Nollii, maxime affinis sit, (ut ex collatione apparebit,) quædam tamen peculiaria, partim ex Autoris mente profecta, partim aliorum Philosophorum & Poëtarum opinionibus conformia habere. Hesiodum sanè aliquid continet, qui in Theogonia similiter in initio chaos existisse canit, (quod Ovidius ex Eodem lib. 1. *Metam.* noto carmine describit: Ante mare & terras & quod tegit omnia Cælum &c.) hinc spatiosam terram, tartarum, & pulcherrimum Deorum Amorem provenisse: ex terrâ cælum ortum,

eum, ex cuius cum terrâ concubitu varii sint geniti: &c. Hesiodi autem sententiam, quæ etiam ex parte est Anaximenis & Parmenidis, Aristoteles l. 3. Met. c. 4. τῶς μὲν οὖν σφίσι ποικίλοις annumerare non dubitat, quæ non sit operæ pretium accurate considerare.

14. Empedoclis quoq; Chaos huc quodammodo spectat, ex quo quatuor Elementa facta, & ex his omnia statuit, cui amicitiam & litem tanquam duo agentia adjungit, quorum illâ res conjungantur, & generentur, hæc vero disjungantur & intereant, a deoq; duos quasi Universi Spiritus constituit. Sed hunc Arist. balbutientem dicit l. 1. Met. c. 4. Nec non Anaxagoræ ἁμοιομεσία (ut Lucretius l. 1. appellat) sive rudis & inordinatæ materię confusa congeries, in qua infinitæ partes similiarium corporum, inter se confusæ, existerint, indeq; per mentem seu intellectum segregatæ & ordinatæ fuerint, Autoris doctrinæ ex parte consonat. Ut taceam alios, quos omnes Aristoteles in Philosophâ utpote adhuc novâ, velut in exercitatis in prælio versatos esse, & obscure ac dubiè res proposuisse ait l. 1. Met. c. 4. & 7. Sed ad rem.

15. Videtur autem hæc Autoris (quod pace Clarissimi Viri dictum volumus) de Spiritu Mundi sententia. I. Sibi per omnia non constare: modò enim dicit (1.) Spiritum Dei, qui a quis incubuit, esse ipsum Spiritum Universi creatum, & à Sp. Sancto immediatè productum. Quod tanquam propriam sententiam probat: Modò Spiritum Dei agitando se super aquas produxisse Spiritum seu animam Mundi, ubi per Spiritum Dei ipsum Spiritum Sanctum intelligit *ut patet ex p. 18.* (2.) Modò dicit Spiritum Universi inducere formas cuiq; rei, modò ipsum illum Spiritum in multas particularitates sive formas rerum particulares iussu Dei diductum: modò, materiam ac Spiritum, lucis motu ac calore invicem permista & contemperata, inq; certas formas esse diducta: modò Spiritum diduxisse materiam, quæ per lucem saltem in formas divisibilibus facta sit: modò ex materiâ, Spiritu & luce tanquam tribus rudibus massis, invicem permistis & variè postea diductis, varias creaturarum species produxisse: modò, ex materia, in Spiritu, per lucem omnia esse facta: Modò, formas rerum è qualitatibus constitui, has vero ex variâ materiæ cum luce & Spiritu permissione ortas esse. Quæ omnia quis satis explicet ac distinguat?

16. (3.) Modò dicit: materiam esse primum in mundo Ens, modò Spiritum.

p. 8. & 18.

p. 15. seqq.

p. 16.

p. 8.

p. 26. 54.

p. 19.

p. 8.

p. 15.

p. 21. 29.

p. 38. 39.

p. 21.

B

- p. 178. Spiritum unà cum Angelis ante ipsam materiam conditum. (4) Modò
 p. 21. scribit: lucem esse primum movens, modò, ante lucis exortum Spi-
 p. 8. ritu factum, ut materia agitari cœperit. (5.) Modò, Spiritum esse omnium
 p. 25. operationum causam, & tamen esse passivum principium respectu lucis,
 p. 20. & lucem agere in materiam & Spiritum, eandemq; movere & caleface-
 p. 8. 19. 28. re materiam. Hæ E. operationes lucis fortè non erunt à Spiritu. E. Spi-
 ritus omnia non operabitur? (6.) Modò docet: lucem se habere ad Spi-
 p. 8. ritum ut ignis se habet ad fabrum, quo ille agat in materiam: Et tamen
 p. 20, Spiritum respectu lucis passivum dicit principium. (7.) Modò à Spi-
 ritu omnium rerum esse, conservationem, & operationem dependere:
 p. 12. modò Deum indidisse unicuiq; rei vim, quam naturam vocant, sese in
 suo esse conservandi, & multiplicandi. An vero hanc peculiare à Spi-
 p. 18. 25. ritu principium faciat, non liquet. (8) Illam Spiritus partem, quæ mun-
 do visibili immissa, extra materiam non posse existere, nec amplius à
 Deo immediatè nunc produci, sed de uno subiecto in aliud transire: Et
 tamen Spiritum illum quatenus hominis mentem constituit, immedia-
 p. 169. 170. tè à Deo provenire, & extra corpus subsistere posse, quatenus vèro aliis
 rebus & homini quoq; menti contradistinctus, competit, dissipabilem
 eum esse, nec extra corpus subsistentem. Et quæ aliæ difficultates, qui-
 p. 164. bus materia involvitur, hîc occurrunt, quæ quomodo cunq; extricentur,
 rem planam non efficient.

17. II. Obscuritatibus plurimis & incommodis locutionibus im-
 plicari. Obscurum est, quale illud fuerit dispersarum atomorum chaos,
 quod totum spatium, in quo nunc cœlum & terra existunt, impleverit,
 ex quo Cœlum & sidera, aqua, aër & terra, cæteraq; res creatæ omnes
 sint conditæ. Obscurum, quisnam ille Spiritus, ex quo Angeli (cur ve-
 ro etiam non Cœlum Angelicum?) fabricati; quomodo ejus pars in
 mundum hunc visibilem immissa, quæ extra materiam, & quidem in suâ
 missâ, antè exstiterit: quomodo in materiam se insinuârit, eamq; inha-
 bitet: quomodo vacuum compleat: quomodo auferatur à rebus &
 iisdem rursus communicetur: quomodo ex ejus cum materiâ & luce
 permissione res factæ sint; & adhuc hodiè fiant: quomodo ex mixturâ
 horum, omnium rerum qualitates, motus, generationes & corruptio-
 nes ortæ sint, & adhuc orientur; Ut de mirabili illâ luce & ejus effecti-
 bus in Elementorum & siderum mirâ constitutione nihil dicam.

18. Imprimis vero obscurum est, quænam per hanc sententiam re-

rum

rum formæ constituentur, cum Spiritus omnium formarum Archite-
ctus audiatur, & nihilominus ipse in innumerabiles formas specificas &
numericas diductus, vicem omnium formarum tenere statuatur, vel
etiam qualitates ex variâ permissione Spiritus, materiæ, & lucis ortæ,
formas rerum constituent. An vero Spiritus sui ipsius architectus est?
Et si particularis cujusq; rei naturam induit, nonne universalis esse desit,
& specificus atq; numericus factus est? Obscurum etiam, an Spiritus ille
materialis sit, an immaterialis: immaterialis esse videtur, quia extra
materiam existere & in eam se insinuare potuit, quia à materiâ auferri,
& de unâ materiâ in aliam transire potest: Materialis esse videtur, quia
in certâ massâ conditus, quia jam extra materiam esse non potest, & dis-
sipabilis est; quia vacuum in materiâ completere potest; vel etiam partim
erit immaterialis, respectu ejus partis, quæ in Angelis & hominibus de-
purata existit, partim materialis, quoad partem reliquas creaturas, &
hominis quoq; Spiritum, animæ seu menti contradistinctum, consti-
tuentem: Vel; antequam materiæ immitteretur, immaterialis fuit, in
eandem vero introductus, materialis fortè factus est. Quis vero hæc
capiat?

19. Sanè quod Arist. de Hesiodo & ejus ætatis sapientibus, quos
Theologos vocat *l. 2. (3) Met. c. 4.* asserit, eos tantum illorum curam
egisse, quæ sibi persuadere potuerunt, subsecuturos vero veritatis Scruta-
tatores neglexisse: Idem de Autore affirmandum videtur. Ipse quidem
in præf. phys. passim, & in hac ipsâ materia, se scripturâ, sensu & ra-
tione ducibus, clarè omnia propositurum promittit, sed quid hic magis
quam sensum, inductionem & rationem desideres? in scripturâ autem
nihil habet præsidii, ut patebit.

20. III. Falsis hypothesibus & principii petitionibus inniti. Fun-
damentum ejus præcipuum in creationis historiâ à Mose c. 1. Gen. de-
scriptâ, collocatur. At vero ut taceam, scripturam & creationis histo-
riam ad determinanda principia physica, qualia A. hic quærit, alienè &
incommodè adhiberi (quod in *dissert. de Script. S. in phys. adhibendâ*
uberius diduxi) nihil eorum quæ de Spiritu Universi ab A. traduntur,
in Gen. Mos. occurrit. Undè enim probabitur 1. Per cælum vers. 1. in-
telligi mundum invisibilem, Cælum Angelicum, cum Angelis & Spi-
ritu Universi; Per terram mundum hunc visibilem, seu potius Chaos
quoddam, ex innumerabilibus diversarum rerum atomis mistum, ex quo

postea
dari cælum
v. 1. cælum
Si Angeli
cælum
B
cælum
in
affirmat.
quando
sic
creati
ante
quàm
fuerit
terra
cælum
cælum
cælum

postea Cœlum visibile cum stellis, Elementa & Elementata omnia sint producta. Hoc sanè videtur in primo statim Sacræ Script. limine impingere, & literam præter urgentem necessitatem deserere. Ubi enim Cœlum in Script. vel alibi, significat Angelos & Spiritum Universi, ubi terra, Cœlo contradistincta, Chaos quoddam confusum notat, ex quo ipsum etiam Cœlum sidereum & terra sint orta? Ergone ex terrâ Cœlum & terra, omniaque facta sunt? Hesiodus hoc crediderit.

21. Constat aliàs varias hujus loci explicationes dari, at quid prohibet, salvis aliorum judiciis, *το ὄντων* hîc retinere, ut per Cœlum, & terram, Cœlum quod in supremo loco collocatum conspicimus, & terra ei opposita, aquis tunc adhuc tecta, præcipuæ mundi partes, initio statim à Deo creatæ, intelligantur. Et hoc quidem textus ipse imperat. Mosen enim visibilis hujus mundi Creationem nobis describere voluisse, tota historia loquitur; Undè etiam de Angelorum creatione & Cœlo quodam Angelico, vel alio quodam empyreo, multò magis autem de ficto illo Spiritu, nihil meminit. Terra autem illa sine dubio hic intelligitur quæ inanis fuit & vacua, aquis etiam operata, ut ex v. 2. & *Psal. 104. v. 6.* patet, quæ aquis segregatis conspicua facta est, antea jam creata v. 9. & 10. de quâ in sequentibus per totum cap. 1. sermo est: illud Cœlum & terra, quæ perfecta dicuntur cum omni exercitu suo c. 2. v. 1. quorum creationem scripti passim prædicat, & soli Deo attribuit, *Ut Psal. 134. v. 3. Esa 42. 5. c. 45 v. 12. 18. Jer. 10 v. 11. 12 c. 32. 17. Zach. 12. 1. Act. 4. v. 24. &c.* Quorum Creatorem Deum in Symbolo Apost. & Niceno profitemur.

22. Neque quod dicitur vers. 2. terram fuisse *תהו ובהו*, Chaos ejus modi, quale Author describit, infert. Simplicior enim & clarior textus est Mosaicus. Terram dicit (cælo contradistinctam, non mistam ali- quod ex cœli, terræ, & omnem rerum atomis) fuisse *תהו ובהו* rem inanam & vacuam (Lutherus rectè: *wüst und leer*) h. e. non ita distinctam, benè dispositam, plantis, arboribus, & animalibus exornatam, sed aquis immersam, vastam, & inanam, ut non nisi stupenda solitudo appareret. (Usitatissima enim hæc in Scripturâ S. harum vocum est acceptio, ut rem inanam, vacuam, solitudinem & vastitatem imò nihilum designent. *Conf. Esa. 34. 11. Jer. 4. 23. 1. Sam. 12. 21. Job. 6. 18. c. 12. 24. c. 26. 7. Psal. 107. 40. Esa. 24. 10. c. 29. 21. c. 40. 17. c. 41. 29. c. 44. 9. c. 45. 18. 19.*

18. 19. 6. 49, 4. c. 59, 4. &c.) Quod si quis terram hoc schemate constitutam Chaos appellare velit, non refragatur: Ad Chaos vero Autoris hoc nihil faciet. Quo destructo, quid opus est Universi Spiritu, illud digerente, & certas formas ei induente, cum is in primis propter molem illam creatus esse statuatur.

23. Ne hanc sententiam juvat, quod dicitur: vers. 2. tenebras fuisse in superficie abyssi. Abyssus enim hic nil nisi ipsas aquas, l. immensam illam aquarum voragine[m] notat, quibus tecta fuit terra & tanquam vestimento undiquaque aperta, conf. Pl. 10. 4. 6. (sicut in Diluvio quoque, quodammodo factum) quaque die tertia ex illa super fusione in peculiarem locum congregatae fuerunt: harum superficies tenebrosa fuisse dicitur; non autem asseritur, singulas aquarum guttulas vel atomos, singulis terrae particulis commistas fuisse, ut inde Chaos Autoris exsurgat.

24. II. Unde probatur, Per Spiritum, qui superficiei aquarum incubuisse dicitur, Spiritum Universi, qualem A. proponit, indigitari. Variant quidem Patrum & Interpretum hanc sententiam, nec defuerunt, qui de animamundi locum sunt interpretati. Sed accuratorem loci considerationem Theologis relinquimus. Nobis sufficere ostendisse, Spiritum Universi, qualis ab A. proponitur, hic non intelligi. Dicitur enim Spiritus ille Dei incubuisse aquis, l. e. secundum vim vocis Hebreae מְרַחֵף (instar avis ovis insidentis, & calore suo vim prolificam excitantis, vel instar gallinae aut columbae pullis incubantis, eosque foventis Conf. Deut. 32, 11. vel alarum agitatione ad volatum invitantis) flatu quodam aquas fovisse, & rebus inde creandis, aptas reddidisse. Ut constans est interpretum, cum Judaeorum tum Christianorum, explicatio. Non vero dicitur, Spiritum illum in materiam, aquas vel terram se insinuasse, immiscuisse, eamque instar fabri mediante luce elaborasse, finxisse ac in varias formas diduxisse; vel etiam ipsum Spiritum materiam mistum, inque varias formas postea diductum, ipsam rerum essentiam, tanquam principium intrinsecum & formale, constituere. Omnia haec extra scripturam & absque probatione dicuntur. Bene Tremell: in h. l. Spiritus Universi inesse mundo, non incubare diceretur: & glossa Ordinaria ex Hieronymo: מְרַחֵף est incubabat l. confovebat in similitudinem volueris Ova calore animantis, ex quo intelligitur, non de Spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrantur, &c. Quid E. juvat, consentientem.

B 3

Theo.

ty. n. Cuius semini egyptiis animi corpore format idys pro cum diversitate diversum.

Phoenicij...
conf. 13. g. 7
Phoenicij sem
oplica aperte
sacra seti: i
end: Alq. velt
non dari spi
si vel in quib
non nisi in
in m. i. n. v. r. e. f.
is non est fac
ra. m. i. g. p. m.
allegantij h. e. p. i.
et recipis spi
flammatio vel
expirant. Job.
et salub. i. v.
et dei in v. r. i.
v. l. 34. s. d. e. y.
non formal spi
emore vel de m.
H. i. v. d.
p. a. c. i. n. g. f. e. r. e. n.
mal ex p. e. n. e. n. t. i. e.
e. d. a. ; Alq. non d.
him in v. r. o. s. p. i. r. i.
p. e. n. e. n. t. i. e. s. e. r. v.
v. l. 6. q. a. s. e. r. v. o. s. e. t.
c. r. e. s. t. e. r. e. m. d. e. m. g.
v. r. i. e. n. t. i. s. ab illa
m. i. n. d. i. t. a. n. i. a. ?
v. l. 6. t. p. t. o. C. a. n. i. s.
13. g. d. i. c. t. u. r. e. t. q.
i. n. d. e. f. i. l. q. u. o. d.
alij s. i. l. v. e. n. a. b. i. t.
d. o. m. e. s. t. i. c. y. n. i. s. i. a.
l. i. t.

eo modo quo alibi mentes dei vocantur *ps* 36. v. 7. Arbores febove *ps* 104. v. 16. Ninive civitas dei
2. 7a immediate p[ro]p[ri]e s[un]t a d[omi]no 3. qu[ia] s[un]t p[er]v[er]s[us] a r[ati]o[n]e s[an]c[t]i 209.

Theologorum Interpretationem, (quæ locum de Spiritu Dei explicat, quo omnis exercitus caelorum factus est *Psalm.* 33, 6. & caeli ornati sunt *Job.* 26, 13. qui uti alibi in formâ columbæ, *Matth.* 3, 16. alibi flatu præcedente in linguis igneis *Act.* 2. v. 2, 3. apparuit, a libi afflatu communicatus fuit *Job.* 20. 22: ita hic agitatione, flatu, & incubatione tanquam symbolo, præsentiam & efficaciam in Creationis opere contestatus est) relinquere, & de Spiritu quodam Creato, Dei in Creatione Ministro, locum interpretari?

25. Nec ad rem faciunt loca ab Authore adducta, de Spiritu Dei, quo omnia recreentur & renoventur *Psalm.* 104. 29. 30. qui faciat hominem & vitam ei indat *Job.* 33, 4. quo omnia sustententur, quoq; ablato interire cogantur *Job.* 34, 13. 14. loquentia. Hæc enim, si non de ipsâ Spiritus S. personâ, (de quâ ipse A. locum *Ps.* 33. 6. explicat, quamvis vulgatam secutus, malè pro exercitu virtutem vertat, per quam Spiritum Universi intelligere videtur) quâ de re Theologi consulendi: certè de in finitâ & immensâ Dei vi & potentiâ, (quæ & dextera & virtus Dei dicitur) quâ mundum & quæ sunt in eo condidit, & condita conservat, quâq; res pro lubitu oriri & interire facit, quæ in sacris semper ut causa efficiens, ut vitam dans & formans hominem proponitur: non vero de creato quodam spiritu, quo mediante Deus illa omnia præstet, quiq; ipsam formam rerum intrinsecam, ipsam vitam, spiritum & animam hominis constituat, loquuntur. Deus sanè in sacris sibi unicè & immediatè mundi constitutionem, conservationem & gubernationem, in primis vero hominis formationem attribuit, ut propterea in ipso vivere, moveri & esse dicamur *Act.* 17. v. 25, 28. nec nisi infinitæ & immensæ virtutis hoc est, Creato cuidam Spiritui minimè attribuendum.

26. Tribuitur quidem & Creaturis, in primis homini, Spiritus, *Ps.* 104, 29. *Job.* 34, 14. *Zach.* 12, 1. *Esa.* 42, 5. *Ezech.* 37, 5. seqq. qui etiam Spiritus Dei appellatur *Job.* 27, 3 (quia est à Deo *Eccles.* 12, 9.) quo id, per quod res sunt, in primis vero plantarum & animalium, maximè autem hominis vita significatur: at hic Spiritus non est idem ille Spiritus, quo Deus omnia facere dicitur, sed ille potius est à Dei Spiritu, tanquam omnium rerum causâ. Invertimus ergo A. pronunciatum, quod habet p. 18. Caveamus posthac tantam illam absurditatem (ne dicam blasphemiam), ut Creaturas cum Spiritu Dei immenso & infinito permisceamus. *Esa.* v. 6, 42, vers. 5. & *Zach.* 12, 1. per caelum, terram & Spiritum tria A. principia

cipia denotati, ut A. p. 17. & 18. contendit, vel sola locorum inspectio refellit: cur non quatuor constituit, cum animæ quoq; ap. Esaiam fiat mentio? Sed hanc fortè ad Spiritum refert.

27. III. Unde probatur: Per lucem v. 3. intelligi ejus modi substantiam, qualem A. describit, quâ mediante materia elaborata & variè disposita, quæq; rebus omnibus sit permixta &c. cum nihil horum in textu habeatur, sed saltem Dei jussu lucem ortam esse, cum antea mera essent tenebræ, dicatur. Unde miræ lucis operationes in elementorum & rerum omnium constitutione, quam A. ita depingit, ac si ipsi Creationis Operi ad fuisset, probabuntur? quis enim his sine evidenti ratione fidem adjecerit? τῆτο δὲ τὸν λέγοντα μὴ διὰ φάνασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτὸ λέγειν, καὶ μὴ τίθεσθαι μηδὲν, μηδ' ἀξιῶν ἀξιώματι ἀλοζον, ἀλλ' ἢ ἐπαγωγὴν, ἢ διὰ θεοῦ φέρειν: inquit Aristoteles de Empedocle l. 8. Phys. c. 1. Idem Autori dicendum videtur. Scripturam verò, si eo modo interpretari liceret, prout A. exemplo prævit, vel quidvis ex eadem deducere non foret grave. Non sanè ad nostras opiniones sacras literas trahere, & proprios sensus iisdem inferre debemus, sed nostra potiùs ad sensum in scripturâ contentum, & ex eâ eruendum examinare & corrigere. Nihil quoq; hîc interest, an sacra Creationis Historia cum Gentilium & Poetarum sententiis de ortu mundi, (qui & ipsi inter se dissentiunt, & plerumq; sua figmenta & fabulas hîc propinant, ut vel ex unico Hesiodo luculentèr apparet) conveniat, ut propterea claram scripturæ literam deserere, vel ad alia, quàm nativa verborum fert indoles, deflectere velimus. Placent hæc de re verba Viri cujusdam Clarissimi: *Reperiuntur, inquit. non pauci, qui textui Moysi mentem alienam inferunt, & non Moysen ex Mose, sed ex Gentilium scriptis interpretari conantur, ausu infelici, & non tolerando. Certum enim est apud omnes Christianos, omnia, que in sacris literis habentur, vera esse, & que à Mose traduntur, planè Historica, & propterea secundum propriam, & germanam, & quam ipsa verba, secundum genuinam, & sacris imò vulgo usitatam significationem seppeditant, intelligenda, non vero secundum anticipatas, & ex Gentilium lectione haustas opiniones explicanda, nec Sacram Scripturam ad ejusmodi opiniones detorquendam esse. Unde rectè August: in initio libr. 2. in Genes: monet, ne non pro sententiâ scripturæ, sed pro nostrâ ita dicemus, ut eam velimus Scripturæ esse, que no-*

stra.

stra est: cum potius eam, quam scriptura esse compertum fuerit, nostram esse, velle debeamus. Hæc ille. Quæ si observentur, fundamentum Authoris nostri palmarium planè lubricum esse deprehendetur. Reliquas A. rationes ex Naturâ desumptas, aliasq; quæ pro Spiritu universi adferri solent, sequenti Dissertatione expendemus, insimulq; fundamenta, hanc sententiam destruentia, prosequemur.

Corollaria.

I.

Aristotelem Platoni, Democrito, & aliis antiquis Philosophis invidiosè alienam affinxisse mentem, non magis veritati congruit, quàm Eundem vivente adhuc Platone, contrariam huic in Lyceo Scholam instituisse.

II.


Aristotelem Philosophiam suam, compilatis aliorum Philosophorum scriptis, ipsiq; libris aut defossis, aut Vulcano consecratis, congeßisse, tam abest à vero, quàm quod nonnulli tradunt, Aristotelem ex agritudine animi, quod Naturam fluminis investigare non posset, in Euripum se dedisse precipitem, his verbis usum: Si non potui capere te, cape me.

III.

Omni cognitio propriè sic dicta est vel sensualis, vel intellectualis: Sensu igitur destituta, ut plantis, lapidibus, metallis, elementis nulla competit cognitio, multo minus sensus, nisi per metaphoram & ἀκρολογία

IV.

Nulla cognitio homini connascitur: non sensualis, hæc enim est ab objectis, in sensum agentibus; nec intellectualis, hæc enim est ex sensu cognitis: Intellectus autem instar tabule est, in qua nihil actu scriptum existat, l. 3. de anim. c. 4. (5). Potentia cognoscendi homini connascitur, non cognitio actualis, quæ ubi sensuum & intellectus usus accedit, demùm acquiritur.




rum formæ constituentur, cum Spiritus omni-
 ctus audiat, & nihilominus ipse in innumerab
 numericas diductus, vicem omnium formarum
 etiam qualitates ex variâ permissione Spiritus,
 formas rerum constituent. An vero Spiritus
 Et si particularis cujusq; rei naturam induit, non
 & specificus atq; numericus factus est? Obscuro
 materialis sit, an immaterialis: immaterialis e
 materiam existeret & in eam se insinuare potuit
 & de unâ materiâ in aliam transire potest: Mat
 in certâ malsâ conditus, quia jam extra materia
 sipabilis est; quia vacuum in materiâ comple
 erit immaterialis, respectu ejus partis, quæ in
 purata existit, partim materialis, quoad parte
 hominis quoq; Spiritum, animæ seu menti co
 tuentem: Vel; antequam materiæ immittere
 eandem vero introductus, materialis fortè fa
 capiat?

19. Sanè quod Arist. de Hesiodo & ejus
 Theologos vocat *l. 2. (3) Met. c. 4.* asserit, eo
 egisse, quæ sibi persuadere potuerunt, subsecu
 tiores neglexisse: Idem de Autore affirmand
 in præf. phys. passim, & in hac ipsâ materia,
 tione ducibus, clarè omnia propositurum pro
 quam sensum, inductionem & rationem desu
 nihil habet præsidii, ut patebit.

20. III. Falsis hypothesibus & principii
 damentum ejus præcipuum in creationis his
 scriptâ, collocatur. At vero ut taceam, scrip
 tiam ad determinanda principia physica, qua
 incommodè adhiberi (quod *in dissert. de Sc*
 uberiùs diduxi) nihil eorum quæ de Spiritu
 in Gen. Mos. occurrit. Undè enim probabitur
telligi mundum invisibilem, Coelum Angeli
ritu Univerſi; Per terram mundum hunc vi
quoddam, ex innumerabilibus diversarum rer

hanc caelum
 v. i. ex p. d. i. a. n. a.
 Si Angeli s. i.
 h. l. o. n. d. a. n. t.



Archite-
 cificas &
 atur, vel
 cis ortæ,
 ctus est?
 esse desit,
 iritus ille
 ia extra
 â auferri,
 tur, quia
 est, & dif
 m partim
 nibus de
 turas, &
 a, consti
 s fuit, in
 vero hæc

us, quos
 m curam
 tatis Scr
 se quidem
 enſu & ra
 hic magis
 urâ autem

Conſ. 1. 6.
 Si p. e. g. i. m. o. l.
 l. i. m. d. e. i. n. d.
 i. G. e. n. d. e. c. a. l. u. m. i. l. l. u. d. e.
 i. n. v. e. r. ſ. i. t.
 o. n. i. s. h. i. s. t. o. r. i. a. m. R. a. o.
 t. a. l. i. e. n. e. & l. i. a. r. e. g. g.
 a. d. b. i. b. e. n. d. a. u. n. d. e. q. u. e. m.
 t. r. a. d. u. n. t. u. r. p. r. i. m. o. h. o. c.
 v. e. r. ſ. i. i. n. c. a. e. l. ſ. t. e.
 g. e. l. i. s. & S. p. i. r. i. t. u. s. C. h. a. o. s.
 t. u. m. e. x. q. u. o. h. u. i. c. e. s. t.
 p. o. ſ. t. e. a. h. i. A. t. q. u. e.
 a. l. i. o. u. s. a. ſ. ſ. i. m. a. t. i. o. n. e. s. t. a. t. u. s.
 m. i. b. i. q. u. a. n. d. o. ſ. i. c. p. o. ſ.
 t. u. m. ſ. u. o. d. i. c. i. t. u. r. v. i.
 i. n. p. o. ſ. t. i. t. u. s. a. d. d. e. a. n. t. i. q. u. e. m.